



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Doctrina Nova Ac Mira De Ignorantia Eximii Domini
Gummari Huygens**

Huygens, Gommarus

Coloniæ, 1682

Auctor Ad Exim[ie] Gummarum Huygens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37083

A U C T O R
AD EXIM: GUMMARUM HUYGENS.

EXIMIE DOMINE,

Prodiit nuper Libellus cui titulus;
Doctrina nova de libertate Ex-
imij Domini GUMMARI HUY-
GENS &c. *Libello hoc invictissime,*
ut mihi quidem apparet, demonstra-
tur doctrinam tuam de libertate, à
doctrina Ianssenij, Calvini, Lutheri,
aliorumq; Hæreticorum nihil admo-
dum discrepare nisi forte verbotenus,
re vero ipsâ esse eandem, nisi quod in
quibusdam illos ipso superaveris, ea
docens, quæ ipsi docere non sunt ausi.
Discipuli tui, de famâ Magistri sui
merito solliciti, exspectarunt responsi
quidpiam: usque hodie responsi visum
est nihil.

Sapientiores judicant, te argumen-
torum ponderi succumbentem, res-
pondere non posse aliter, quam aperte
doctrinam tuam retrahendo, ut decet

Doctorem, qui manult ab opinione
suâ, quam à verâ JESU CHRISTI
doctrinâ discedere.

Suspiciuntur alij silentium hoc tuum
proficiisci ex quodam contemptu ergâ
Auctorem libelli, quasi non digneris
respondere ei, qui seipsum profitetur
de grege esse Theologorum, vix, aut
ne vix quidem, mediocrem: hanc ta-
men suspicionem ut inanem rejiciunt
alij, teque ejusmodi virum esse arbi-
trantur, ut Theologum non tam ex
demissâ sui ipsius estimatione metia-
ris quam ex argumentorum ipsius, ac
discursus soliditate, quam in Gerar-
do van Viane docti sanè suspiciunt.
Quidquid sit de hoc tuo silentio, quod
me minime habet sollicitum, statui ego,
quod sperabat ille, si valetudo patere-
tur, doctrinam tuam observare reli-
quam: atque hoc imprimis opusculo
proponam doctrinam tuâ de ignoran-
tia, cui adjungam appendicem de ig-
norantiâ thâ circâ Angelostutelares.

PRO-